

in multis reis debendi in solidum idem debitum, ut suo loco supra expianatum est.

39. Exemplum vero, quod Iulianus. Ita vulneratus. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. assert in confirmationem suae sententiae. de qua statim erit sermo. nempe, si tres fuerint eadem trabem, qua unus solus furari, amoue reue a loco, in quo erat, non poterat, omnes teneri de furto, sane potius confirmat, quam infirmit nostram sententiam. Et enim, si aduersus illos agatur civiliter condicione futiura, ridiculum est affirmare, deberi condemnari, vt restituant tres trabes domino trabis furto ablatæ, singuli singulas, & vt in situ per relasciant si quæ damna fuerint eidem domino ex eo furto subsequuta, singuli ea integra, ac proinde omnes simul in triplum: & si vterus agatur fur ti etiam actione ad penam dupli, ridiculum similiter est, condemnandos esse, vt singuli soluant insuper duplum aestimationis trabis, ita vt dominus accipiat sextuplum ex omnibus. Quod ergo eo. §. Iulianus voluit, est, omnes, ac singulos, teneri in coeuentu de furto, & licet singuli teneantur ad totum fursum, & ad integra damna inde subsequuta, eoque quod singuli causa fuerunt totius furti, teneri tamen singulos pro indiuiso in solidum: ceterum, quia partialis causa fuerunt eius furti, causa partialitate, teneri singulos contribuere partem, & ita omnes simul teneri solutere totum, vnoque soluent in tegrum fursum ac damna, dominum trabis nihil aliud posse petere à reliquis: eum tamen, qui integrum fursum damnata integra soluit loco omnium, petere actione negotiorum gestorum posse, vt reliqui ipsi restituant partes, quas eorum loco soluit. Si autem ageretur criminaliter ad penam corporalem, singuli profecto essent dammandi, ac si solam tertiam partem trabis vnusquisque esset furatus: & insuper, si fuit etiam causa furti aliorum ceterorum, id ei consulendo, aut ad id eum aliter mouendo, puniendus est etiam criminaliter, tanquam causa furti partis alia eiusdem trabis.

Quartum denique, & reliqua, quæ subiunguntur, satis perspicua sunt ex probationibus trium precedentium, atque ex dictis in materia de contractibus, dum nobis erat sermo de duobus reis debendi, atque de fideiusorium in solidum pro debito aliquo. Neque dubito, dominum mancipij, si accipiat ab vno solo totum, quod lege Aquilia ipsi est sol uendum pro damno interfectionis mancipij, teneri ei cedere actiones tuas legis Aquiliae aduersus reliquos, vt, qui partes aliorum soluit, eas ex illis actione legis Aquiliae recuperare etiam possit, vt de creditose accipiente integrum suum debitum ex uno reo debendi, aut ex uno fideiussore, in solidum, cedere ei actiones tuas teneri, vt, quod loco aliorum soluit, recuperare ex eis possit, prædicto loco est dictum.

40. Quod ad irregularitatem pro homicidio attinet, dicendum est, singulos, de quibus est dubium, an ex eorum vulnerare tale mancipium, aut quiuis alius, interierit, censendos esse irregulares interim, dum aliud non constat. Ratio autem est, quoniam, licet quando est dubium, an pro aliquo actu sit imposita irregularitas in iure, censendum sit impositam non esse, ac proinde censendum sit exercecent eum actum irregularem non esse: quando tamen constat pro actu aliquo impositam esse irregularitatem in iure, vt constat impositam esse pro homicidio, tunc in dubio, an aliquis occiderit, reputandus est irregularis, vt tractatu sequenti, dum de irregularitate pro homicidio, & mutilatione, sermo fuerit, dicitur, & constat in re proposita ex c. significasti. 2. de homicidio, & tunc gl. ubi affirmat Greg. Lop. l. 1. citata gl. 1. Si verò agatur pro eiusmodi homicidio criminaliter, quanta pena imponi debeat singulis, de quibus

A est dubium, an ex ipso forum vulnerare aliquis interierit dicitur tractatu sequenti.

Quando vero vnus percussit eualiter feruum alienum, & alius postea ex interuallo illum interpercussit ac interfectus, dis cordes videntur Iulianus. Ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & Vlpianus. item Mela. §. Celsus. & I. huic scriptura. §. si feruus. ff. ad leg. Aquil. Iulianus enim affirmauit, vt rursus teneri de seruo occiso lege Aquilia, annuum, quoad primum, computandum esse retro à puncto, quo vultus lethale in fluxit: quoad secundum verò à puncto, quo postea percussit ac interfecit: atque innuere videtur, vt rursus teneri ad integram satisfactionem ex lege Aquilia, ita ut duplex integra satisfactio fieri debeat domino ferui alieni. Vlpianus vero postea cum Celso & Marcello asseruit, primum teneri solum de seruo vulnerato, quod ad dispositionem leg. Aquiliae attinet: secundum verò teneri de seruo occiso, atque hoc ipsum statuit. l. 1. §. ut. 1. §. par. 7. huicque definitioni, vt posteriori, ac correctoriae dispositionis Iuliani, est standum, quam etiam asseruit Celsus, & probabiliorem existimasse Marcellum, refert Vlp. §. Celsus citato. Scio glossam. l. ita vulneratus, ad còcordiam adducere voluisse vt rursus sententiam, quod Vlpianus fit loquutus, quando vultus erat lethale, sed non certum omnino, quod percussus moriturus esset ex illo: & Iulianus quando certum omnino esset, morturum fuisse ex illo. Ceterum utique iurisconsultus simpliciter vnuersumque loquitur: neque vnquam est dicendum, solumdam dominum ferui esse dupliam aestimationem illius, sed simplicem tantum. Atque iuxta Vlpiani sententiam, primum, qui primò lethaliter percussit, restituere debet domino ferui, quantum minus valet eum eo vulnerare, æstimandum feruum, quantum plus valebat intra dies triginta retro computatos à puncto vulneris infligi: & insuper soluere de bet expensas vsque ad vultus postea illi ab alio datum, & omnia alia damna vsque ad id instantis suble quata. Is verò, qui postea interfecit, soluit solum tenetur, quantum feruus plus valet intra annum retro computatum à puncto posterioris vulneris, de tracto, quod minus valet propter prius vultus ab alio infligendum: nam eam aestimationem soluitere tenetur, qui prius vultus inflixit, vt dictum est. Atque hæc Vlpiani decilio latine consona est rectæ rationi, & amplectenda, quod attinet ad civilem actionem ex lege Aquiliae, de qua sola ipse loquitur.

Quod verò attinet ad irregularitatem, vt rursus procul dubio irregularitatem incurrit eo quod vterque causa fuerit mortis illius, & consentu. c. consuliisti. 2. de homicidio. Erat verò vterque irregularis ex homicidio voluntario, si vterque eo modo percute re intendit. De pena verò criminali vnusquisque, tractatu sequenti erit sermo. Si tamen secundum casu accepserat mortem, ignorans vulneratum eum esse, aut præter intentionem id efficiens, vnde sequuta esset mors, tunc irregularis non esset ex homicidio voluntario, neque ipse, sed primus, teneretur de mancipio mortuo, quando non efficit, quod ad mortem sufficeret, si non præcessisset vultus aliud lethale vultus. Quando vnus lethale vultus inflixit: etenim verò postea, vt ex ruina, aut ex alio infortunio, feruus ita percussus interierit, tunc, quia ita eum percussit, non tenetur lege Aquilia de seruo mortuo, sed de seruo vulnerato. Quando verò post vultus acceptum, legatus alteri fuit, aut manumissus, si moriatur ex eo vulnerare, leg. Aquil. tenetur de seruo mortuo. Vtrique habetur. l. huic scripturae. §. si feruus. ff. ad leg. Aquil. Quando alienus feruus vulneratus fuit non moriturus, si negligencia, aut culpa sua, vel domini, aut alterius, interij, percussor non tenetur de seruo occiso, sed de seruo vulnerato. Ita habetur. l. qui occidit. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. Idem quando criminaliter agitur

41. Actio de damno dato competit domino rei, & hæreditis illius post eius mortem, præcisè quoad dandum, atque etiam quoad penam, si lis fuerit à defuncto contestata, aut preparata, vt supra dictum est. Competit etiam vsufructuario, atque vsuario, sed præcisè quoad damnium in vsufructu, aut in vsu, suscepto. Ita habetur. l. item Mela. §. vlt. & l. seq. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. tit. 1. §. par. 7. Item possessori rei bona fide, in qua damnium est datum, competit hæc actio, ita vt repelli non possit exceptione, quod ad ipsum non attineat. Ita habetur. l. item Mela. §. sed si feruus bona fide. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. citata. Quod glossa. §. sed si feruus citato, ex Azone intelligit, modo cum titulo possideret, & consentit Grego. Lopez vbi supra. Depositarius item agit loco domini, si sit absens, vt habetur. l. 2. citata ex doctrina Azonis. Et idem iudicatur esse de commodatario, & de quocunque alio legitimo detentore, quando dominus rei est absens, vt ibi Grego. Lopez affirmat. Lex tamen item Mela. §. eum. ff. ad leg. Aquil. commodatario denegat hanc actionem. Quod intelligendum est, nomine proprio, & quando dominus est præsens. Item intelligenda est, quoad damnium domini, & quoad id, quod penale est in hac actione de iure humano introductum: scilicet secus autem quoad particulare damnium, præcisè scriptum, quod sequitur commodatario, conductori, aut cuiusque alteri eius rei legitimo detentori, quoniam id actione in factum exigere optime potest ab eo, qui illud ei dedit. 42. Si pignori damnium fit datum, dominus pignoris agit lege Aquilia, & non creditor: nisi quando debitor non est solvendo, aut creditor periculum inuenerit: nam tunc agit creditor, & retinet vsque ad debiti quantitatem: reliquum verò restituit debitori, deductis expensis. Ita habetur. l. qui occidit. §. 1. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. citata, quæ dilucidius hoc definit.

43. Si feruus in particulari heredi alieni legatus, & post delatam hæreditatem, & ante eam aditam, fuit occisus, ait Vlpianus. l. huic scripturae, in prin. ff. ad leg. Aquil. competit hæreditatione hæreditatis, actionem legis Aquiliae, & non legatario: innuereque videtur, ad nihil teneri hæredem legatario, sed quod ea actione fuerit hæres consequutus, ad ipsum, & nihil ad legatarium, pertinere. Quod certe videtur valde durum. Et enim, statim delata hæreditate, comparauit legatarius ius integrum ac perfectum ad eum feruum, licet non comparet dominium, nisi à puncto adita hæreditatis, si tunc feruus in rerum natura existat: quare æquitas postulasset, vt actio legis Aquiliae cederetur in eo euentu, aut certe sine cessante non competere legatario. Atque in hoc Regno, in quo, iuxta. l. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ collect. legata valida sunt, esto hæres in situus hæreditatem non adeat, arbitrator esse omnino dicendum, competere hanc actionem legatario eo ipso, quod feruus post aditã hæreditatem est mortuus, siue post eam delatam, & ante eam aditam, siue post eam aditam, fuerit occisus. Quando feruus legatus in singulari, vulneratus fuit post delatam hæreditatem, & ante eam aditam, viuerebaque post eam aditam, tunc hæres post aditam hæreditatem tenetur cedere actionem legis Aquiliae legatario, vt habetur. l. huic scripturae citata, & l. 2. tit. 1. §. par. 7. Quod si legatarius sit absens, agit hæres, aut quicumque alius eius rei tenentor, actionem legis Aquiliae ad id damnium loco legatarij, vt, quod obinuerit, est restituat, deductis expensis, vt habetur eadem l. 2. citata. Quod si feruus sit vulneratus, aut interfectus, post aditam hæreditatem, tunc, cum à puncto hæreditatis

10 de seruo, aut de homine libero, ita non mortifere vulnerato, qui culpa sua, Chirurgi, aut aliterius, interij.

44. Actio de damno dato competit domino rei, & hæreditis illius post eius mortem, præcisè quoad dandum, atque etiam quoad penam, si lis fuerit à defuncto contestata, aut preparata, vt supra dictum est. Competit etiam vsufructuario, atque vsuario, sed præcisè quoad damnium in vsufructu, aut in vsu, suscepto. Ita habetur. l. item Mela. §. vlt. & l. seq. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. tit. 1. §. par. 7. Item possessori rei bona fide, in qua damnium est datum, competit hæc actio, ita vt repelli non possit exceptione, quod ad ipsum non attineat. Ita habetur. l. item Mela. §. sed si feruus bona fide. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. citata. Quod glossa. §. sed si feruus citato, ex Azone intelligit, modo cum titulo possideret, & consentit Grego. Lopez vbi supra. Depositarius item agit loco domini, si sit absens, vt habetur. l. 2. citata ex doctrina Azonis. Et idem iudicatur esse de commodatario, & de quocunque alio legitimo detentore, quando dominus rei est absens, vt ibi Grego. Lopez affirmat. Lex tamen item Mela. §. eum. ff. ad leg. Aquil. commodatario denegat hanc actionem. Quod intelligendum est, nomine proprio, & quando dominus est præsens. Item intelligenda est, quoad damnium domini, & quoad id, quod penale est in hac actione de iure humano introductum: scilicet secus autem quoad particulare damnium, præcisè scriptum, quod sequitur commodatario, conductori, aut cuiusque alteri eius rei legitimo detentori, quoniam id actione in factum exigere optime potest ab eo, qui illud ei dedit. 45. Si pignori damnium fit datum, dominus pignoris agit lege Aquilia, & non creditor: nisi quando debitor non est solvendo, aut creditor periculum inuenerit: nam tunc agit creditor, & retinet vsque ad debiti quantitatem: reliquum verò restituit debitori, deductis expensis. Ita habetur. l. qui occidit. §. 1. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. citata, quæ dilucidius hoc definit.

46. Si feruus in particulari heredi alieni legatus, & post delatam hæreditatem, & ante eam aditam, fuit occisus, ait Vlpianus. l. huic scripturae, in prin. ff. ad leg. Aquil. competit hæreditatione hæreditatis, actionem legis Aquiliae, & non legatario: innuereque videtur, ad nihil teneri hæredem legatario, sed quod ea actione fuerit hæres consequutus, ad ipsum, & nihil ad legatarium, pertinere. Quod certe videtur valde durum. Et enim, statim delata hæreditate, comparauit legatarius ius integrum ac perfectum ad eum feruum, licet non comparet dominium, nisi à puncto adita hæreditatis, si tunc feruus in rerum natura existat: quare æquitas postulasset, vt actio legis Aquiliae cederetur in eo euentu, aut certe sine cessante non competere legatario. Atque in hoc Regno, in quo, iuxta. l. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ collect. legata valida sunt, esto hæres in situus hæreditatem non adeat, arbitrator esse omnino dicendum, competere hanc actionem legatario eo ipso, quod feruus post aditã hæreditatem est mortuus, siue post eam delatam, & ante eam aditam, siue post eam aditam, fuerit occisus. Quando feruus legatus in singulari, vulneratus fuit post delatam hæreditatem, & ante eam aditam, viuerebaque post eam aditam, tunc hæres post aditam hæreditatem tenetur cedere actionem legis Aquiliae legatario, vt habetur. l. huic scripturae citata, & l. 2. tit. 1. §. par. 7. Quod si legatarius sit absens, agit hæres, aut quicumque alius eius rei tenentor, actionem legis Aquiliae ad id damnium loco legatarij, vt, quod obinuerit, est restituat, deductis expensis, vt habetur eadem l. 2. citata. Quod si feruus sit vulneratus, aut interfectus, post aditam hæreditatem, tunc, cum à puncto hæreditatis

47. Actio de seruo iudiciali abspice culpa theologica, idque quod lex Aquilia insuper solum statuit, non in penam est statutum, neque statui potuit, sed in commune reipublica bonum, pro principum ad id potestate. 48. Damnium datum culpa iudiciali abspice culpa theologica, non solum quoad incrementum l. Aquilæ statutum, sed etiam quoad damnium ipsum, non est obligatio restituendi in foro conscientie ante latam sententiam in exteriori foro. 49. Damnium iniuste datum culpa theologica veniale, restituendum est in foro conscientie, nulla expectata sententia. 50. Damnium, ex quo quis tenetur contracti iuris est dispositione, vt ex commodato, locatione, &c. estio nulla interveniat culpa theologica, restituendum est in foro conscientie, nulla expectata sententia. 51. Innocentius. c. sicut dignum, de homic. quem sequuti sunt Panor. cap. cum causam, de testib. nu. 7. c. dilecti de arbit. nu. 12. & cap. quoniam contra, de probat. num. 18. Sylluest. verb. culpa. num. 5. & 6. & verb. aduocatus. §. vlt. ac verb. sicut iudicium. 2. pronunciat. 12. Decius. Fel. & alij, quos Couar. in 4. decret. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 12. refert, in ea sunt sententia, vt dicitur. Eum quidem, qui damnium dedit dolo, aut lata culpa, restituere teneri damnium in foro conscientie nulla expectata sententia. Eum tamen, qui leui, aut leuissima, culpa damnium dedit, non prius teneri illud restituere, quam in exteriori foro sententia feratur. Atque hanc

10 tis adita, dominium ferui illius transisse censetur in legatarium à tempore mortis testatoris hæreditatis delata, vtrique actio legis Aquiliae pro eo dampno competit foli legatario, si præsens sit, vt habetur. l. liber homo. §. si feruus legatus. ff. ad legem Aquil. Hæc, quæ de seruo legato dicta sunt similiter intellige de quocunque alio animali legato, & de quacunque alia re legata, vt habetur. l. 2. citata, atque ex le liquet, cum sit eadem ratio.

DISPVT. 698.

Vtrum, qui culpa solum leui, aut leuissima, damnium dedit, teneatur in foro conscientie ante latam sententiam illud restituere; an verò solum in exteriori foro teneatur illud restituere, ac proinde expectare possit in conscientie foro, vt feratur sententia.

SPMMARIVM.

1. Qui asserat solum dantem damnium dolo, aut lata culpa teneri illud restituere in conscientia foro ante latam sententiam, non verò dantem illud culpa sola leui, aut leuissima.
2. Qui asserat dantem damnium culpa solum leui, aut leuissima, teneri illud restituere in foro conscientie, nulla expectata sententia.
3. Damnium ita datum, quod nisi in dante firmum haberet propositum illud restituendi in euentu, quod eueniret, peccaret contra iustitiam, restituere illud tenetur in conscientia foro nulla expectata sententia, si eueniat: transit, & obligatio ad iustum hæredes.
4. Damnium dari potest culpa theologica lethali, interveniente sola culpa leui, aut leuissima iudiciali. Fieri item potest, vt interveniat culpa iudiciali lata in proximi notabili detrimento, absque culpa theologica lethali.
5. Damnium datum culpa iudiciali absque culpa theologica, idque quod lex Aquilia insuper solum statuit, non in penam est statutum, neque statui potuit, sed in commune reipublica bonum, pro principum ad id potestate.
6. Damnium datum culpa iudiciali absque culpa theologica, non solum quoad incrementum l. Aquilæ statutum, sed etiam quoad damnium ipsum, non est obligatio restituendi in foro conscientie ante latam sententiam in exteriori foro.
7. Damnium iniuste datum culpa theologica veniale, restituendum est in foro conscientie, nulla expectata sententia.
8. Damnium, ex quo quis tenetur contracti iuris est dispositione, vt ex commodato, locatione, &c. estio nulla interveniat culpa theologica, restituendum est in foro conscientie, nulla expectata sententia.

Prior sententia.

hanc affirmant Syluester, & alij, esse communiorem doctorum sententiam. **A**rguunt. Ducuntur hi autores. Quoniam reuera, ex ipsa rei natura, seclufa lege pofitiua, qui culpa iuridica leui, aut leuiffima, dampnum dat, non tenetur reftituere id dampnum; eo quod neque ex parte rei accepta, neque ex parte iniultæ acceptationis ad id teneatur; quandoquidem culpa iuridica leuis, aut leuiffima, interuenire potest abfque culpa theologicè fumpta, hoc est, abfque peccato, vt Disp. 293. fuit explanatū. Quid si aliquando cum culpa leui peccatum interueniat, illud erit veniale, quod non inducit obligatio nem reftituti de totum dampnum datum, fed partem tantum, pro culpæ quantitate. Quo fit, vt, quod lex Aquilia hac de re ftatuit, & difputatione præcedente explicatum est, folium fit in pœnam: id quod iura quædam ibi citata apertè docent, eaq̃ue ratione ftantunt, actionem ex lege Aquilia, non tranfire in hæreses eius qui dampnum dedit, nifi lis cum illo fuiffet ante illius mortem contestata: cum ergo pœna, lege ftatuta, non debeatur ante latam sententiã, confequens est, vt qui fola culpa leui, aut leuiffima, dampnum dedit, ad reftitutionem illius in foro conscientia, ante latam sententiam non teneatur, fed folū post sententiam in foro exteriori latam. Argumentum hoc non ita proponunt autores huius sententia, fed folum dicunt, reftitutionem dampni lege Aquilia, ftantam tantum esse in pœnam, eaque de causa dantem dampnum ex fola culpa leui, aut leuiffima, non teneri illud reftituere ante latam sententiam.

B In contraria sententia, nempe dampnum dantem culpa leui aut leuiffima, teneri in conscientia foro illud integrum reftituere ante latam sententiam, funt Adrianus de reft. q. vtrum in foro animæ, &c. Ang. verb. culpa in fine, Panor. qui, feribens postea in §. decretalium, sententiam mutauit. Nam c. si egressus de iniur. & dampn. dat. adducens dictum Innocentij quod toties ante dampnum addenda erat, incipit de veritate illius dubitare, & postea. c. vlt. eundem tituli, contrarium sententiam apertè amplectitur. In eadem sententia est Barbat. à Couar. ubi fuprà relatus, videtur; esse Io. Med. de reft. q. 9. atque eandem amplectitur Couar. nu. r. 2. citato, tametfi firmus, quando datum est datum culpa leuiffima, quam quando datum est culpa leui.

C Ratio, cui hæc sententia nititur, hæc est. Quoniã difpofitio iuris ciuiliſ hac de re, quamuis quoad effectum valoris, quem aliquando reftituere iubet fuprà id, quod res valebat tempore quo dampnum ei fuit illatum, pœnalis fit, vt habetur. §. his autem inft. de leg. Aquil. & l. inde Neratius. §. hæc actionem. ff. eodem titu. nihilominus quoad compensationem dampni ad equalitatem, pœnalis non est, fed fumma cum æquitate conflituata, vt homines, timore obligationis iniunctæ reftituendi, fi quod dampnum quacuq̃ que fua culpa dederint, cautiores funt ad illud fuis proximis non inferendum. Quod fanè potestas publica ftatute optimè potuit in bonum commune, reque ipsa ftatuit, Aquilio regulo, plebis tribuno id implulante, atque inde lex, qua id ita fancitum fuit, Aquilia fuit nuncupata, per quam leges omnes, que damno dato antea fuerant ftatuta, abrogatæ funt, vt habetur. l. ff. ad leg. Aquil. Quarè, cum lex ciuiliſ, rationalis ac iufta, ea ex parte qua pœnalis nõ est, vim in conscientia foro habeat ante latam sententiã confequens profectò esse videtur, leg. Aquil. quatenus iubet reſarcire ad equalitatem dampnum quacuq̃ que culpam datum, vim in foro conscientia habere ante latam sententiam.

D Id quod confirmatur ex Grego. 9. e. vlt. de iniur. & damp. dat. ubi interrogatus à quodam, an reftitueretur dampnum, quod fua ignorantia dedit, re

A spondet, si quacuq̃ue fua culpa iuridica illud dedit, reftituere teneri. Neque ibi videtur explicare forum externum, fed conscientia forum: quandoquidem non iudici, fed delinquenti, respondit, folumq; præcepit reftituere dampnum, non verò aliquid in pœnam vltra dampni valorem.

Adde, si difpofitio illa (quoad dampnum præciſe) non folū iuris ciuiliſ, fed etiam canonice, effectus propriè pœnalis, effectus vtrique apertè iniuncta; eo quod nefas fit, ftatute pœnam propriè, & multo magis cam exigere, nisi pro peccato: fæpe autem dampnum datur culpa iuridica abfque aliqua theologica culpa.

Adde etiam, similem legem latam fuiffe à Deo Exo. 22. quoad compensationem ad equalitatem dæni dati, quando aliquis ignem fuccendebat, atque ignis exurebat fegetes alienas: fic enim habet facer ille textus: Si egressus ignis inuenierit fspicas, & comprehederit æceruos frugum, fuae ftantes fegetes in agris, ved det dampnumigni ignem succenderit. Vt autem Adrianus. q. citata bene notat, eadem lex hodie vim habet non quatenus erat lex iudicialis veteris Testamenti; quæ Chrifti morte cessauit, fed quatenus iure canonico est innouata. c. si egressus de iniur. & dampn. dat. Ea autem lex, iuxta glo. ibi, & doctores communiter folū habet locum, quando interuenit culpa aliqua iuridica, que fæpe præfumiur in foro exteriori, nisi contrarium fufficenter probetur.

Vt verò, sub alio iure iuridico, dicam in re difficili, li quod mihi sefe offert, atque magis certa à minus certis feparem. In primis dico. Quando dampnum ita datum est, quod illud damno peccatore contra iuftitiam aduerfus proximum id dando, nifi firmum haberet propofitum, quod in euentu, quod fequeretur, illud integre reftituere; tunc, si fequatur, datum ve fit, tenetur in foro conscientia, qui illud dedit, integrum id reftituere, nulla expectata sententia; tranfit que proinde ea obligatio ad ipsi hæreses, etiam si hæ aduerfus eum, dum viuieret, contestata non fuerit. Propofitum autem hoc noſtrum afferunt fub hac forma. Quoniam euenire potest, vt quis rem aggressiatur, ex qua periculum imminet rebus alienis, qui que peccaret contra iuftitiam, si illam aggressiatur minime paratus fatisfacere dampnum, si quod inde alijs proueniret; paratus verò illud integre reftituere, vel omnino non peccaret, si alijs nullo modo eſſent iniuri; quod fub ea lege & conditione id aggressi deretur, aut si nõ eſſent rationaliter iniuri, vel eo tẽ aliquo folū peccaret venialiter, eſto illi ratio nabiliter eſſent iniuri, animo illo integre, & cum effectū, fatisfaciendi, dampnum, si quod eueniret, valde extenuante ac minente culpam, que alioquin eſſet, si sine eo animo id aggressi deretur. Quando verò cū prædicto animo rem periculofam aggressi deretur, indeque dampnum alijs proueniret, confurgeret quidem obligatio reftituendi in conscientia, & in exteriori foro id dampnum, non quidem ratione culpæ theologicæ, fed ratione pacti, seu quali pacti, fub quo id dampnum sine culpa theologica datum eſſet, cum tamen vera theologica culpa contra iuftitiam, eaque lethalis, alioquin interueniret, si quantitas dampni eſſet tanta, quæ in materia furti ad culpam lethalem fufficeret. Idem etiam euenire potest, in damno dato de industria cum eo animo, integre cum effectū illud reſarciendi. Quod autem in omnibus euentibus, noſtro hoc aſſertū comprehenſiſ, obligatio fit in foro conscientia integre reſtituendi dampnum datum, nulla expectata sententia, idque fub lethali culpa, si dampnum tantum fit, quod materia furti ad culpam fufficiat lethalem, nulli potest eſſe dubium, neque de hac re video esse vllam controuerfiam; tametfi nullus, quod recorder, fub hac noſtra forma fuerit loquutus. Quare non eſt cur in eo amplius immeremur.

Conſir. ſecunda.

Conſir. ter tia.

Illud

Posterioſ sententia.

Argumentum.

Conſir. prima.

Illud verò admonuerim, culpam poſſe aliquando interuenire theologicam lethalem, coniunctam cū fola culpa iuridica leui, aut etiam leuiffima, aggregiendo rem valde periculofam, & que multum poſteſt nocere, eam animo integre reſarciendi cum effectū, moraliter certo, dampnum totum, si quod fuerit fequutum, ac proinde non eſſe regulam certam, etiam ſtando in fundamento auctorum prioris ſententiæ, quod viuierent, si dampnum culpa iuridica leui, aut leuiffima proueniat, non confurgat obligatio in foro conscientia reſarciendi id dampnum ante latam ſententiam. Quo enim res magis eſt periculofa, quia faciliè valde poſteſt ea prouenire dampnum, & quo dampnum, quod euenire potest, eſt maius, eo maior eſt culpa theologica, eam aggressi, & quacuq̃ue negligentia in cauendo & obuidando, ne noceat, vt in nauium incendijs liquet, que faciliè, & cum ingenti damno hominum, ac mercium, ipſiufque nauis, ſolent ex leuiffima ignis occasione euenire. Item, ftando in eodem fundamento auctorum eius ſententiæ, nõ eſt vniuerſim veum aliud eorum aſſertū, quod dicunt, si dampnum lata culpa iuridica fit datum, confurgere obligationem in foro conscientia illud integre reſtituendi nulla expectata ſententia. Vt enim Difputatio 293. explanatum fuit, eſſe poſteſt aliquando lata culpa, ex qua quis teneatur, iuxta leges contractus, iurisque difpofitionem, que tamen coniunctam non habet culpam theologicam lethalem.

Dico deinde, quando cum culpa iuridica coniuncta non eſt culpa theologica, difpofitionem legis Aquilia, quod ſoluitur à dampno datum, quantum res plus valuit intra triginta dies, aut intra annũ, retro à puncto dampni dati, nõ eſt proprie ac verè pœnalis, non folum quoad tactum in re, valoris dampni dati, fed etiam quoad effectum illum, vltra valorem dampni te ipsa datum neque elicit illud, aut feruanda, ea lex, si in veram penam aſſertū eorum eſſet fancitum. Probatur, quia ubi non eſt culpa theologica, ve rumve peccatum, locum non habet pœna, que ſolū poſteſt inſurgere pro verà culpa, hoc eſt, pro peccato in genere moris. Cum ergo, quod legiſta quia in eo euentu ſolū reſarciendi præcipitur, neque in veram penam præcipiatur; quia, vt dictum eſt, ubi nõ eſt theologica culpa, locum non habet pœna, neque item quaſi ex natura ipſa rei, ſeclufa lege humana, reſtituti ſi reſarciendum, eo quod neque ratione rei acceptæ, neque ratione iniultæ acceptationis, damnum iniultè datur obligatio fit id reſtituendi, quia eſſe neque iniuſtia sine vera culpa theologica; confequens profectò eſt, vt non ex alio capite eſſendatum fit, id iuſte ſolui præcipi, quam quia lex ipſa Aquilia, que mera eſt difpofitio iuris humani in commune bonũ pro Principum reipublicæ ve ipſiſ potestate, ftatuit, vt quicumque dampnum culpa fua iuridica, ſaltem leuiffimam daret, id modo lege ipſa Aquilia præſcripto, reſarcire teneretur, vt ea ratione homines equiores eſſent, magiſque abſtinere, à dampno alijs inferendo, & ad tollenda ea ratione dubia, num vera theologica culpa datum eſſet, præcipiendumque eſſet reſarci, an non. Cum autem ea lex, equalis ſit omnibus de republica, atque in commune bonum ftatuta, ſi ſicut & illa alia, de qua inferius loco erit fermo, quæ fancitum eſt, vt, qui mancipium, aut aliud animal, habuerit, cum eo onere ea poſſideat, vt, si dampnum aliquod dederint abfque vlla domini culpa, teneatur dominus ve reſarcire dampnum, vel tradere noxam: tale mancipium, aut aliud animal, quod id dampnum dederit, in dampni reſarcitionem, prout dominus ipſe talis animal eſſigere potius velit dubitandum non eſt, cum legem vim habere obligandi in foro conscientia, quantum intendis, vt etiam in eo foro obligare; aut ſaltem quantum vten-

Atium, vſu eſt recepta, vt in eo foro obliget: eo quod leges, quoad id, quod de ſolo iure humano continent, non plus obligent, quam vſu fuerint receptæ, atque executioni mandantur.

Hinc tertio dico. Quando in dampno dando, culpa folū iuridica, ſine culpa theologica, interuenit, num obligatio ſit id dampnum reſarciendi in foro conscientia, nulla expectata ſententia; an verò folū in foro exteriori, in conscientia verò foro non, niſi poſt latam in exteriori foro ſententiam; pendere, tum ex intento eorum, qui legem Aquiliam conſiderunt: tum etiam ex eo, num in vſu & praxi fit receptum, vt id dampnum, quod culpa iuridica, ſine vlla culpa theologica, illatum eſt, reſtituatur in foro conscientia nulla expectata ſententia; an non, fed folum poſtquam in exteriori foro lata fit ſententia condemnatoria: ſi enim ea lex vſu ac praxi non fit recepta, vt in conscientia foro reſarciatur id dampnum nulla expectata ſententia, fanè, ſi aliud fuerit intentum condentium eam legem, nulla eſt obligatio illud reſtituendi ante latam ſententiam: eo quod, vt dictum eſt, humane leges non ſunt in conscientia obligent, quam vſu ſint receptæ. Hinc, ſaluo meliori iudicio, dico, legem Aquiliam in euentu, de quo difputamus, non obligare in foro conscientia ante latam ſententiam. In primis, quoniam iura ipſa ciuilia ſufficenter exprimentur, legem Aquiliam, quoad id, quod ex natura rei, ſeclufa ea lege, non eſt debitum, eaque lege ſolū præcipitur, eſſe inſtar legis pœnalis, ex legum auctoritate, neque proinde obligationem non tranfire aduerfus hæreses eius, qui dampnum dedit, quando cum dante dampnum non ſint hæreses tunc viuere, vt conſtat ex leg. inde Neratius. §. hæc actionem, ff. ad legem Aquiliam, ex ſ. his autem, inſtit. eodem titulo, & ex leg. tertina, titulo decimo quinto, parte ſeptima. Eadem verò eſt ratio, quod in foro conscientia non debeatur ante latam ſententiam: ſi enim ex iuris intento ante latam ſententiam deberetur, vtique id debitum, iam omnino ac perfectè contractum, tranfire ad hæreses talis debitoris: atque hæc duo mutuo ſunt connexa, obligatio non tranſire aduerfus hæreses eius, qui ex iuris difpofitione ad id tenebatur, & id non debere ante latam ſententiam aduerfus eum, vt in legibus pœnalis liquet.

Dem de illud ideũ dico, Quoniam non videtur vſu receptum, vt dampnum ſine vlla profuſa theologica culpa datum, ante latam ſententiam reſarciatur; quare, eſto contrarium fuiſſet intentum conditorum legis Aquilia, (quod tamen eſt falſum, nulla eſt obligatio id reſtituendi in foro conscientia ante latam ſententiam. Adde, in dubio meliorem eſſe conditionem id poſſidentis, vlli reſtitutionem non innugamus, neque grauemus iugum ſacramenti penitentia.

Quod dico, mihi videtur obligationem eſſe reſtituendi in foro conscientia, nulla expectata ſententia, dampnum culpa theologica iniuſte datum, eſto iniuſtitia ad culpam lethalem non pettingat. Id verò intelligendum eſt de dampno, si non toto, quando culpa ad lethalem non peringit, ſaltem quoad partem proportionalem pro dani & culpa in ſtra lethale quantitate. Quam ſatis eſt, vera tunc culpa id dampnum mihi proueniſſe, vt ex natura rei, atque ad eam in conscientia foro, tenearis illud mihi reſtituere, pro verpa ſaltem quantitate: neque enim equitas patitur, vt ex materia culpa ego maneam in detrimẽto ac iactura in corũ bonorum. Quo loco obſerua, nos non dicere obligationem illam, id integrum dampnum reſtituendi, eſſe in pœna talis culpæ venialis: tunc enim id non deberetur ante latam ſententiam, dubiumque præerea eſſet, quando dampnum eſſet maximè valoris, an tanta pœna iuſta eſſet, pro tam modica culpa: ſed quod dicitur.

Illud

DISPVT. 699.

De damno in arboribus, aut quod ex arboribus prouenit.

SVMMA RIVM.

- 1 Arborum nomine quid, vt aduersus eum, qui damnum eis infert, actio pecuniaris competat arborum casarum.
- 2 Damnum in arboribus si datum sit sine dolo, scientiarie quod datur, competit solum actio legis Aquilie: si uero cum casu scientia, & sine vi, atque adeo clam, competit etiam interdictum quod vi aut clam, & pecuniaris actio arborum casarum ad duplum eius damni: & quatenus ea actio competit heredes damnum passi, & transeat aduersus heredes eius, qui damnum intulit.
- 3 Ob eiusmodi damnum licet competant tres predictæ actiones, intentat aq̄ue vna post rursum intentari a lia, solum tamen potest intentari quoad incrementum pene.
- 4 Damnum ob idem licet actio arborum casarum penalis sit quoad incrementum supra ad damnum: & actiones penales solum concedantur intra annum utilem; hæc tamen perpetua est.
- 5 Damnum idem si datum sit animo lucrifacendi ligna, aut arbores, competit etiam actio furti, & actio ad exhibendum ligna aut arbores.
- 6 Damnum idem si vi datum sit, competit simuliter actio vi bonorum raptorum, aut de vi publica, aut priuata, qualis fuerit vis illata.
- 7 Damnum ob idem, etiam si clam sit datum, agi potest, vel ciuilibiter ad penam pecuniariam, vel criminaliter ad penam corporalem. Et quando mortis pena imponatur.
- 8 Damnum idem imperans, penis subiacet, ac si ipse illud esset exequutus. Et quod de alijs cooperantibus ad id damnum. Mancipium si inscio domino id det, dominus vel soluit damnum ac penam, vel mancipium noxa dat.
- 9 Damnum idem si colonus dat in prædio, quod conductum habet, agit aduersus illum ad id damnum ex conducto, aut actione arborum casarum; sed vna actione intentata, altera locum non habet.
- 10 Damnum idem si a pluribus datum est in eadem arbore, aduersus omnes, & singulos, competit actio ad duplum; sed vno soluente, ceteri ei contribuere tenentur. Quando damnum datum est arbori multis communi, omnibus competit actio ad duplum diuidentium inter omnes.
- 11 Arbor vna censetur, si duo gemina coniungantur in eodem stipite, aut in eadem radice, & coniunctio appareat super terram: dua uero si coniunctio non appareat super terram.
- 12 Damnum ob idem actio competit emphyteuta perpetuo in duplum, quoad æstimationem domini utilitatis in eis arboribus, & domino directo quoad æstimationem domini directæ. Vsi fructuario etiam competit similis actio utilitatis. Et quatenus competit, aut non competit, alijs legitimis contutoribus.
- 13 Damnum idem si, antequam prædium alienaretur, datum fuit in arboribus, & postea alienatum fuit, actio ad duplum, duplumque ipsum, pertinet ad eum, qui prædium alienauit.
- 14 Damnum si ex arbore pendente super domum alienam, ei domui proueniat, saltem quia frondes decedentes impediunt decursum aquæ pluuie per telluris, denunciatione domino arboris facta per iudicem, succiditur, & euellitur radicitus: quod si arboris dominus id non efficiat, succidatur a domino domus.

dicimus est, eam obligationem confurgere ex natura rei ex eo, quod id damnum iniuste sit datum.

18 Illud etiam addo, quando ex contractu, vt ex commodato, vel ex locatione, aut ex alio, mihi teneris curare conseruationem rerum mearum, tunc damnum, quod in eis meis rebus mihi proueniret ex tua culpa iuristica, qua mihi ex eo contractu iurisque dispositione tenereris, etiam si adiunctam non haberet culpam theologicam, refarcire mihi tenereris in foro conscientia nulla expectata sententia; idque vt talis contractus inhi inter me & te, vt Disp. 295, dictum est.

Superest respondeamus ad argumenta proposita pro vtraque sententia ante nostram relata, quatenus cum tertia nostra sententia pugnare videbuntur. Ad argumentum ergo prioris sententia negandum in primis est, vniuersum, qui culpa leui, aut leuissima, damnum dat, non teneri ex natura rei illud restituere: si enim cum ea culpa leui, aut leuissima, coniuncta sit culpa theologica, saltem venialis, vt, coniunctam esse posse, non solum venialem, sed etiã letaliam, dictum ostensumque est, obligatio est ex natura rei id damnum restituere, saltem quoad partem proportionalem, si culpa sit venialis, vt explanatum est. Admittendum uero est, culpam venialem iniuste esse illa damnum inferendo, non sufficere, vt ex natura rei, atque in foro conscientia, obligatio conflurgat restituendi totum damnum ex ea iniuste datum: tamen sufficit, vt obligatio ex natura rei sit restituendi partem damni pro culpæ quantitate. Negandum præterea est, id totum, quod lex Aquilia refarciendum soluendumque præcipit, iniunctum esse in penam: multa enim eorum, non in penam, sed ex natura rei debentur: quædam uero alia partim debentur in penam proprie, partim uero in partem penæ, non autem in penam proprie, vt hæc & præcedente disputatione explanatum comprobatumque est. Quare, cum argumentum his multis fallis innitatur, constat vim contra nostram sententiam non habere.

Ad argumentum uero posterioris sententia, in primis negandum est, semper latitudinem valoris, quem, vltra damnum datum, lex Aquilia soluere præcipit, esse in penam proprie dictam: contrarium quippe appetit esse explanatum ac comprobatum. Deinde de dicendum est, quamuis dispositio eius legis obliget in foro conscientia; non tamen plus eo in foro obligare, quam fuerit intentum legumlatorum, & quam ea dispositio vfu sit recepta, vt in conscientia foro obliget: ostensum autem est, neque legislatores intendisse, vt obliget in foro conscientia ante latam sententiam vltra damnum culpa theologica datum: neque vfu esse receptam, vt plus in conscientia foro obliget.

Ad primam confirmationem dicendum est, Gregonium declarare sibi forum conscientia post latam sententiam quasi intendere explanare, legem Aquilianam iniustam non esse, sed iustam ac æquam, obligareque proinde in conscientia iusta legumlatorum intentum: factis uero in iure ciuili est expressum intentum legumlatorum non fuisse, vt quoad id, quod iuxta eam est soluendum, vltra damnum culpa theologica datum, obliget in foro conscientia ante latam sententiam, vt explanatum est.

Ad secundam. Ad secundam dicendum est, iam explicatum est, quousque ea lex penalis non sit, & quousque sit penalis proprie, itemque, quousque in stat sit legis penalis: atque quousque in foro conscientia ante latam sententiam obliget, aut non obliget.

Ad tertiam. Ad tertiam dicendum est, similiter eam legem esse intelligendam, atque explanatam est lex Aquilia, neque aliter obligare, quam in illo eodem euentu lex Aquilia obliget.

Ad arg. prioris sententia.

Ad arg. posterioris sententia.

Ad primam confir.

Ad secundam.

Ad tertiam.

- & ligna ad ipsum pertinent. Eadem actio competit vsu fructuario eius domus, ac si multi sint dominii eius domus, singulis competit.
- 15 Damnum si radices arboris inferant fundamentis, aut parietibus alterius domus, similiter succidantur, euelluntur uo radicitus, ne deinceps noceant.
- 16 Arbor minus pendeat in prædium alterius, & in altitudine quindecim pedes excedat a terra, admonetur i iudice, vt excessum præcidat, alioquin præciditur a domino alterius prædij, & ligna ad ipsum spectant.
- 17 Arbor si ita pendeat in viam publicam, vt commodum transiitum impediat, impune quoad id præciditur, quod eum transiitum impedit.

18 Peculiariter est dicendum de damno dato in arboribus: quoniam peculiariter id crimen puniunt in iure, vt constat. ff. arborum furtim casarum per totum, & l. 18. tit. 1; Part. 7. Vt autem habeatur. l. 3. ff. arborum furt. cesar. nomine arboris, vites etiam comprehenduntur, quin & harundines, & hedera. Salices etiam arbores dicuntur. Quando autem salicem virga defixa sunt, vt radices agant, salicemque inde fiant, si præcidantur, aut euellantur, antequam radices agant, non dicitur præcidit, aut euellit, arbores: quia ramus, etiã si adhuc viuat, ex eoque arbor fieri potest, interim tamen dum radices non habet, non est arbor simpliciter, sed arboris pars; ac proinde, qui eum præcidit, aut euellit, non dicitur incidere in penam, de qua erit sermo, sed solum teneatur lege Aquilia de damno dato. Idem dicitur de eo, qui euellit aut præcidit palmetum, alud uero ei damnum inierit, plantato quidem, vt ex eo vitis fiat, sed antequam radices agat, vititque proinde simpliciter sit; & de alijs similibus partibus quarundam aliarum arborum, quæ infiguntur, vt radices agant, & in arbores euadant. Excipi videtur in fine legis 3, citata partes oliuarum defixæ, vt radices agant, & in perfecta euadant oliuam: nam antequam radices agant, ex priuilegio censentur arbores, vt, si quis eas præcidat, aut euellit, vel aliter destruat, incidat in penam, de qua erit sermo. Nisi dicas, cum glossa vltima ibi, sermone esse de oliuis transplantatis cum radicibus cum terra omnino non adhaerent. Quando arbor transplantata est, & vitis, si quis illam præcidat, aut aliter destruat, dicitur præcidere, aut destruire, arborem, vt in penam incidat, de qua erit sermo, esto nondum terra omnino adhaerit, vt radices in illam egisse dicatur. Et idem est, si similem arborem euellit cum radicibus, vt transplantatur, antequam transplantata sit, præcidat, aut destruat: quoniam, cum adhuc viuat, & radices habeat, arbor est simpliciter, vt habeatur, leg. tertia, citata. Quando autem ex femine arbor est producta, si tenera adhuc sit, ita vt herba rationem videatur habere, non censetur arbor, vt qui illam euellit, aut aliter destruxerit, in penam incidat, de qua erit sermo. Ita subiungitur ibidem, leg. quarta.

20 Quando aliquis arborum alienam euellit, præcidit, aut alia ratione destruit, vt notabile detrimentum illi inferat, (vt lex cadere, & lex furtim. ff. arbor. furt. cas. explicat) agi aduersus eum potest lege Aquilia eo modo, quo agitur ad cætera damna data, vt habeatur, l. 1. ff. eod. tit. Si autem ex intentione id efficiat, cum scientiæ, quod id damnum detur, (vt recte explicat. l. 18. tit. 1. par. 7. eaque de causa dolus requiritur ad hanc aliam sequentem actionem) idque clam, nullæ vi illata domino arborum, tunc non solum potest agi aduersus eum lege Aquilia, qui illud dedit, atque interdicto quod vi aut clam ad id, quod plus tenetur ex hoc interdicto, quam ex l. Aquilia, vt

A habeatur. l. penult. ff. arbor. furt. cas. sed etiam agi potest peculiari actione ex lege duodecim tabularum, vt eadem lege. 1. citata habeatur, quæ actio arborum cesarum dicitur, atque hæc est actio ad duplum, valoris damni dati, vt habeatur. l. furtim. ff. eod. tit. ita vt æstimetur damnum, deducendo si quid adhuc valeret ligna præcisa domino arborum, & valor damni, qui remanserit, soluitur domino arborum duplus, vt habeatur. l. faciendæ. ff. eod. tit. ff. simplum quidem, in eo duplo inclusum, ratione valoris damni, qui valor ex natura ipsa rei debetur, & non in penam, ac proinde debetur nulla expectata sententia; aliud uero tantundem, quod id duplum complet, est solum in penam, vt recte ait glossa. l. faciendæ citata verb. æstimacionem, & per consequens non debetur ante latam sententiam.

Quando ergo lege furtim citata in fine dicitur, hanc actionem, quia penalis est, non transire aduersus heredes delinquentis, intellige, nisi cum delinquentis fuerit contestata dum viueret (nam tunc transit, vt habeatur. s. pen. inff. de perpet. & temporalibus actionibus) & concedi aduersus delinquentem, etiam heredi eius, qui damnum est passus, intelligenda hæc sunt, quoad id præcisè, quod complet duplum, vna cum valore damni: quoniam quoad id solum ex lege actio penalis: non uero sunt intelligenda quoad æstimationem damni præcisam: nã quoad hoc, ea actio penalis non est, sed prosecutiva eius, quod ex natura rei debetur, vt recte ait glossa citata: quemadmodum enim hoc debetur ex natura rei, atque in foro conscientia, nulla expectata sententia, ita actio ad hoc creperandum competit etiam aduersus heredes, ac in iudicis, eo quod prosecutiva sit eius, quod delincentis ex natura rei, in foroque conscientia, atque in exteriori, debet, vt vtrunque circa similem dispositionem legis Aquilia disp. 697. ostensum euentur.

Quamuis actio legis Aquilia, & actio arborum cesarum, competant aduersus eum, qui arbori, aut arboribus, damnum modo explicato dedit; iudex tamen condemnare non potest eum, qui damnum dedit, vtraque pena simul, sed deducere debet ex posteriori actione, quæ intentata fuerit, quod iam solutum fuerit ex priori actione intentata, vt habeatur. l. 1. ff. eod. tit. Vnde si prius fuit actum lege Aquilia, & qui danum dedit, soluit quantum danum fuit æstimatum, iuxta valorẽ plantarum intra triginta retro dies, posteaque agatur actione arborum cesarum, solum condemnari debet is, qui danum dedit, vt addat, vt ique ad valorem dupli æstimationis damni dati. Si autem prius intentata sit actio arborum cesarum, locum non habebit actio legis Aquilia: quoniam nunquam, quod ex illa debetur, excedit duplum damni iam solum actione arborum cesarum. Eodem modo, si actum sit lege Aquilia, agi adhuc potest interdicto quod vi aut clam, præcisè ad incrementum pene factum interdicto quod vi aut clam, deducendo, quod accursum fuerit ex lege Aquilia, & adhuc poterit postea agi actione arborum cesarum præcisè ad incrementum pene, quod supra interdictum quod vi aut clam, statutum est, vt soluitur hac alia actione. Ita habeatur. l. penult. ff. arbor. furt. ces.

Quamuis autem actio arborum cesarum penalis sit quoad incrementum supra damnum datum, vt dictum est; actionesque penales regulariter non sunt perpetuæ, sed solum concedantur intra annum utilem, vt habeatur inff. de perpet. & temp. act. in princ. hęc tamen actio perpetua est, vt habeatur. l. furtim in fine. ff. arbor. furt. cesar. que proinde non minori tempore prescribitur, quam prescribantur personales actiones debitorum prosecutiuæ, iuxta ea que in materia de prescripione dicta sunt.

Quado autem aliquis clam alienas arbores cedit, aut

Ad arg. prioris sententia.

Ad arg. posterioris sententia.

Ad arg. prioris sententia.

Ad arg. posterioris sententia.

aut euellit, iurificandi causa, hoc est gratia vsurpa...

6 Quod si, vi illata domino arborum, damnum in eis illatum sit, competit aduersus id damnum vi...

7 Est etiam peculiariter sancitum circa crimen arborum cesarum, vt quatuor damnum sit datum...

8 Qui imperat damnum in ferri arboribus, siue libero homini, siue suo mancipio, id imperet, tenetur...

9 Si colonus damnum det in arboribus prædij, quod conductum habet, agi aduersus eum potest ad id damnum...

10 Quando multi eandem arborem sciderunt, damnum vbi intulerunt, aduersus singulos agi potest in solidum...

Quando duo germina coniunguntur in eodem stipite, aut in eadem integra radice, si ita coniunguntur...

Actio arborum cesarum competit domino earum aduersus eum, qui damnum dedit. Et competit etiam emphyteute, qui dominum vilem habet perpetuum...

Qui agrum, in quo arbores erant, vendidit, aut quous alio titulo in alium transfuit, si, antequam eum alienaret, damnum datum illi fuit in arboribus...

Quod verò attinet ad damnum, quod ex arboribus prouenit. Quando arbor vnus pendet super domum alterius, unde euenire potest, vt ex frondibus, floribus, aut fructibus, qui ex ramis decidunt, aut ex ramis ipsis, impediatur decursus aque pluuie per regulas, aut aliud damnum sequatur...

Quod si multi sint domini domus, supra quam pendet...

det arbor aliena, singuli eorum habent etiam ius in solidum, idem petendi ac faciendi: sicut singuli etiam vendicare possunt feruitatem ei domui competenti...

Quando radices arboris alienæ præiudicium afferre incipiunt fundamentis, parietibusve, alicuius domus, tunc idem ius est domino domus, vt succidatur, aut euellatur, ita vt omnino nec noceat, nec nocere deinceps possit, ac quando arbor pendet supra domum...

Quando arbor vnus pendet in agru alterius, tunc, si arbor in altitudine excedat quindecim pedes à terra, dominus agris, in quem arbor aliena pendet, potest similiter, ad iudicem, illum admoneri tacere, vt præcidat solum excessum ultra quindecim pedes...

Greg. Lopez. l. 28. tit. 15. par. 7. verb. otro si dezimos, cum Luca de Peña, ait, quando aliqui diuiserunt inter se agrum, ita quod in confinio partis, que vnus eorum contigit, erat arbor, cuius rami, ultra quindecim pedes à terra, pendebant iam supra aliam partem agris, quæ alterum contigit, aut vnus vendidit vnâ partem sui agris alteri, in quam, aut ex qua, pendebat similiter in alterâ rami ultra quindecim pedes à terra...

Vtrum autem dominus arboris, cuius rami, ultra quindecim pedes à terra, pendunt in agru alterius, possit se aduersus hunc alterum tueri præscriptione, quod sic pependit triginta aut quadraginta annis? Respondet ibidem Grego. Lopez, cum eodem Luca de Peña. Quoad id, quod arbor creuit, aut produxit, infra triginta annos, & pendet, non esse locum præscriptioni.

Obserua, legem. 28. tit. 15. par. 7. cum in reliquis, que de arbore pendente in agrum alterius dicta sunt, cum iure communi contentiati, in hoc tamen discorpare; quod non præcipiat attendendum esse, an rami pendant quindecim pedes à terra, vel non: sed vt, si nocuerint, & quoad id, quod nocuerint, præcendantur: si vero non nocuerint, & quoad id, in quo non nocuerint non præcendantur, vt ibi Grego. Lopez notat.

Quando arbor ita pendet in viam publicam, vt commodum transitum quoquomodo per eam impediat, impunè præciditur iij rami ex illa, qui transitum commodum aliqua ex parte impediunt. Ita habetur. l. 28. in finet. l. 5. par. 7. & cõsentit. l. 2. (alias. 1.) §. deinde ait, vt si ex fundo tuo, ff. nequid in lo co pub.

DISPV. 700. De crimine falsi, quatenus ex illo damnum in rebus proximi externis resultat. Et in primis de eo, qui falsi, aut alteri, qui in potestate ipsius sit, aut in cuius potestate ipse sit, scribit legatum, aut hæreditatem, in alterius testamentamento, & de eo, qui rem eandem duobus vendit.

SVMARIVM.

- 1. Falsi crimen quot modis committatur. Et qua pena pro illa statuta, quando grauior alia, aut mitior non committitur statuta. Et de portationis pena, quæ amittitur in visu non sit, cur in Lusitania sit in visu.
2. Falsi crimen publicum esse, de quo proinde quis de populo accusare potest, excepto crimine partis suppositi. De crimine autem falsi quis accusat intra viginti annos ab eo commissio.
3. Falsi crimen vt incurrat, requiritur dolus, nec sufficit lata culpa, quæ in criminibus dolo non equi paratur. Requiritur etiam, vt nocuerint momenti alicuius ex ea falfitate sequatur, alioquin non puniuntur pena ordinaria.
4. Damnum ex crimine falsi iniuste datum, in exteriori et in conscientia foro est restituendum. Testis tamen, qui iussus testificari, veritate subicit, crimen falsi incurrit, non tamen tenetur restituere ei, quem non adiuuauit, detrimentum quod vnus fecit: quia solum peccauit contra caritatem, et obedientiam, non vero contra iustitiam.
5. Falsi crime incurrit, qui se, aut eum, qui sub ipsius potestate est, aut in cuius potestate ipse est, scribit hæredem, aut legatarium, in alterius testamento, inritumque est, quod ita in suum commodum scribit. Et quando id locum etiam habeat in testamento nuncupatorio. In foro autem conscientie validum est, si nullare ipsa interuenit falsitas.